

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam  
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum  
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Egressus de lecto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

men creature tua sum Domine Deus meus, miserere mei. O vtinam teum vnum  
esse merear perpetuo & inauertibiliter. Fiat voluntas tua in me o Deus meus & omnia.  
Amen.

Benedicta sit p̄f̄ssima mater tua o Christe Iesu, & omnes Sancti tui in eternis,  
omnes qui te diligunt in terris. Amen.

Egressus de lecho, humi prostratus Dominum adora hoc vel simili modo, dicens.

**A**dorō te dulcissime Iesu, gratias agens immensas tuas erga me charitati, qui  
pro me es captus, ligatus, de iudice ad indicem ductus, & morte turpissima  
interemptus. Enim Domine mihi clementissime, ab hoc tempore & deinceps to-  
rum me tibi trado ac offero captiuum, atque in omne benefacitum tuum me re-  
figno, orans ut hodie & quotidie vinculis ardentiissimis tuis charitatis me affri-  
gas, adeo tibi inseparabiliter unias, ut abs te recedere, aut me auertere a te neque  
possim, neque velim. Amen.

*Ad beatam Virginem Mariam, Precatio.*

**A**d pedes sanctitatis tuarum & benedictissima Dei Genitrix Virgo Maria me pro-  
sterno, suppliciter venia petens de omni irreuerentia & iniuria, quam tibi &  
dilecto filio tuo Domino meo Iesu Christo exhibui, quod eum propter gra-  
tissima scelera mea vendidi, captiuani, & Iudeis interficiendum tradidi. Rogo te  
iam pia mater, ignosce mihi peccatum hoc magnum, & in gratiam tuam me reci-  
pe. Ette mihi benigna & placata, hostiumq; meorum infidias a me repelle, atque  
pro filio tuo me recipere, & secundum purissimi cordis tui desideria me rege &  
dirige. Amen.

*Inclita, pura, pia, gloria Virgo Magie*

*Sis salutata, per vires mille beata*

*Me tibi mente pia, commendo Virgo Maria*

*Tu mihi salutarix, sis semper & auxiliatrix.*

*Salve mater pietatis, & totius Trinitatis nobile triclinium.*

*Salve splendor firmamenti, tu caliginosamentis defuper irradia. Amen,*

*Ad supersanctissimam Trinitatem adoratio supplex.*

**A**doro & benedico te o Trinitas sancta Deus meus & omnia gratias ago tibi  
pro custodia, sapientia & benignitate tua, & pro cunctis beneficiis tuis, qui-  
bus eoscum, terram & omnia quae in eis sunt, in tempore & aeternitate im-  
plies, & me ingratisimum atque miserrimum peccatorem vilique in hanc horam  
perduxisti. Tibi offero, commendo atque refingo me totum, & quicquid intra aut  
circa me est in tui amorem, laudem & gloriam. Affer a me, quicquid tibi displiceret  
in me, & da mihi, quicquid tibi placet. Dirige & posside me iugiter secundum be-  
neplacitum tuum, Amen.

*Salutatio matutina supplex ad eternam sapientiam.*

**A**nima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in praecordijs meis de  
mane vigilabo ad te o præclarissima sapientia, petens, ut desiderata tua præ-  
sientia omnia aliena in corde meo præueniat, penetralia cordis mei tua gra-  
tia perfundat, peccata, vitia, & mala mea cuncta a me tollat, virtutibus cunctis me  
impulet, & amore inextinguibili vehementer in me accendat.

Et nunc dulcissime Iesu Christe, ad me quæso conuertere, & gratissimam faciem  
mam mili ostende: quia & ego ad te diluculo confurgo, regi ex intimo cordis

